



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Avgvstvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Imperatorem, & omnem lō-
gè latèque Iaponiam non
posset, ita vt optabat, & la-
borabat, ad Christi cultum
adducere: hoc enim uero im-
pensè sibi esse molestum. &
luculentâ diuinæ Matris be-
neficientiâ enarratâ, quarto
posteaquam suspensus fue-
rat die in scrobe decessit, eâ
ipsâ luce quâ S. P. Ignatij
dies augustè percolitur.

AUGUSTVS.

P. Franciscus Carrion.

*Hispanus.
Ikizuka.
Augusto.
1590.
etat. 38.
Sec. 19*

IN Indiam cum Alexan-
dro Valignano Visitato-
re, ac postea in Iaponiam
penetrauit; eiusdem iussu
primus annuarum Iaponica-
rum autor, anno 1579. In
Scimo insula, & Meaci stre-
nuè industriæ suæ vires exer-
cuit,

cuit; & in plurimâ patientiæ
 segete lætam sementis Euā-
 gelicę à se iactæ messem vi-
 dit. Expectatam in Regno *Fides*
 Bungenſi mortem, Firandi
 tādē reperit; vbi post egre-
 gias de impietate reportatas
 victorias, permultis Christo
 lustratis, odia barbarorum
 in se conciuit, & veneno sibi
 clā ab ijs propinato per tri-
 duum cruciatus, multo reie-
 cto sanguine, Ikizuki in vi-
 co eius insulæ, vitam immor-
 talem, vt bona spes est, no-
 bilissimâ obitâ morte inue-
 nit.

P. Gaspar Mauritijs Serpe.

Sapientiâ, orandi, ac la-
 chrymarum dono fuit excel-
 sus, siue cum Deo, siue de
 Deo loqueretur. Vbi occa-
 sio adfuit, rara illi diei hora
 præterfluxit, quâ in cubicu-
 lo.

*Lusitanus
 in Africa:
 4. Aug.
 1578.
 Soc. 3. x.*

Mortif. lo in se non sæuaret admo-
Cassit. dū aspero aliquo cruciatu.
 Cruentabat se loris, atque
 cilicio; quo ferè semper te-
Itinera. ctus, ceu stolâ puritatis, ca-
Humilis. stimonix suæ sanctimoniam
 semper nitidiùs ad maiorem
 perfectionem euehere nite-
 batur. Sacras expeditiones
 obibat pedes, & stipe corro-
 gatâ, mendicabuli ritu. Ve-
 ste tam miserabili, ac tantâ
 sui contemptione se vilem
 vbique haberi optabat, vt in
 missione quapiâ captus vnâ
 cum socio, & in custodia
 detentus per biduum (quòd
 suspectus videretur) nunquã
 vel verbulo aperuerit ecquis
Patientia. esset; vsque dum alij eum
 vnâ cum socio agnitum, de
 Societate Iesu esse dixêre,
 exclamantibus omnibus præ-
 ingenti admiratione mode-
 stix

stia tam constantis. Ut à se *Humili*
 amoliretur gubernandi ho-
 norem, scripto seipsum de-
 pinxit teterrimis quibus po-
 terat coloribus; & eas li-
 teras Præposito Prouinciali
 misit: nihilominus tamen,
 Eboræ Collegio, & Vlyssi-
 pone Domui Professæ fuit
 Præpositus. Etiam cùm post
 P. Ludouicum Gonsaluium,
 Regi Sebastiano à confessio- *Pauper-*
 nibus esset, ibat ad aulam *tas.*
 cultu obsoleto. Henrici au-
 tem Cardinalis tunc pro ne-
 pote regnantis confessiones
 audire liberè detrectauit; ne-
 gans id se posse, quãdiu istic
 Ecclesiastica libertas in ve-
 ctigalibus pristino vigori nõ
 restitueretur. Se inconscio
 ea vectigalia Ecclesiasticis *Aula.*
 esse imposita dixit Cardina- *Confessa-*
 lis; & actis Gaspari gratijs *rius.*
 rem

rem correxit. Cum Rege
 in Africam inuitus discessit;
 & sociorum cuidam prædi-
 xit, extremum id sibi esse
 quo eum videret. In Afri-
 ca belli alea infeliciter ce-
 cidit. Patres capti; sed ser-
 uati, & gre postea redempti.
 Sebastianus Rex desideratus
 est, viuusne an mortuus, in-
 incerto fuit. Gaspari parce-
 re noluit Maurus victor,
 quòd illum (in flagranti, vt
 vocant) faucio militi pecca-
 ta confitentis aures ritu Ca-
 tholico dantem deprehen-
 disse. Eapropter eum ca-
 nem Nazareum compellans
 quid istic impietatis ageret
 interrogauit; & simul ei aci-
 nace bifariam caput fudit.

Italus.
Pernam-
buci.

4. Aug.
1633.
ætat. 41.

P. Antonius Bellauia.

Tam in Sicilia, quàm po-
 stea in Brasilia floruit opi-
 nio-

nione sanctimonix singularis, mira etiam quædã operatus. In prælio, in quo ille inermis Lusitanis contra hæreticos pugnantibus sacram industriam nauabat, glande faucibus, cum nihilominus Lusitano militi faucio confitenti aures præberet, ab hæreticis in opere quod ij detestantur deprehensus, aliquot in capite guttureque acceptis vulneribus, mortem oppetiit. Fuit vir tantã modestiæ suauitate amabilis, vt ea quæ in illius mente, atque carne inerat integerrima virginitas, in vultu etiam religiosè composito, & castigatis ad omnem puræ modestiæ normam oculis legeretur.

Fides.

Castit.

*5. Aug.
Gallus.
incerto
die*

*1643.
etat. 35.
Soc. 2.*

Renatus Nouitius.

De hoc, datis 5. Aug. 1643.

li-

literis P. Isaacius Iogues ait, securi trucidatum, cum SS. IESV nomen ingeminarret. Laudat illum à simplicitate, incredibili dolorum, patientiâ, innocentia. Plures menses in tyrocinio Societatis cū laude posuerat, inde ad Hurones missus, ut Christianis opitularetur arte chirurgicâ, quâ præstabat. Stupenda sunt quæ vnâ cum P. Isaaco tulit à diris illis Barbaris. Occisus est senis cuiusdam iussu, quòd eius nepotis fronti visus sit digito signum sanctæ Crucis imprimere. atque hanc necis fuisse causam prodidit ipsa Mater pueri quem signarat. Vocat illum martyrem obedientiæ, fidei, & Crucis. Aliquando visus sibi est currere post illum cælo iam recess-

Fides.

ceptum, conspectis admirandi splendoris templis.

P. Matthias Burnatius.

In Scholis, & Seminarijs, iuventutis ingenium ac mores aptè formabat, sed animos ad fidem frugemque longè aptissimè in ijs quas passim habebat sacris expeditionibus per Bohemię missionibus: in quibus multos orthodoxæ veritati addixit; ea propter à rusticis hæreticis irruentibus, & Sacerdotem se ad supplicium quærere vociferatis, capite vulneratus, furcâ fossus, glande plumbeâ de sclopo missâ confectus est.

Augustinus Ota. Novitius.

A Bonziorum institutione anno 15. ætatis ad Christi disciplinam transijt. Camboënsi ædi sacre aliquandiu ser-

*German^o.
in Bohemię
missionibus.
9. Aug.
1629.
Soc. 40.*

Fides.

*Iapon
Ikoniscima.
10. Aug.
1622.*

Fides.

seruiuit; & Sacerdotis (cùm abesset) vices, quâ licuit, populo in fide confirmando, suppleuit. Nangasachi vxore mortuâ viduus, operam suam Societati addixit, fidelis catechista, & operarius impiger. P. Camilli Constantij comes, in carcere Ikinoscimano Societatem à Preposito Prouinciali per literas impetrauit, à Camillo commendatus atque admisus; & postridiè in fidei odiù cedendus, vota, de Societatis more, concepit. Camillus flammis, Augustinus ac socij securi cecidère, corpore in mare abiecto.

P. Matthæus Grimes.

Magnâ impigritate, periculorumque contemptu in Anglia sagax, & ad sacras operas planè factum ingenium,

*Gallus.
Londini.
11. Aug.
1650.
ætat. 42.
Soc. 18.*

nium, diu exploratorum solertiam exercuit, & elusit. *Fides.*
 Tandem in suspicionem, quòd Sacerdos Catholicus esset, vocatus, per plures menses in custodiâ tentus, ibi ærumnis ac situ consumptus est; lætus quidem quòd in causâ tam nobili, sed ad cruentam eadem de causa mortem desiderio toto impensè anhelans.

P. Ioannes la Garde.

A sexto tirocinij sui mense ad vndecimum vsque in Societate, id est postremum, annum, nullâ mentis inconstantiam inter orandum vagatus est; animo mirificè in Deum semper intento. *Gallus. in pago S. Riani. 15. Aug. 1622. etat. 27. Soc. II.*
 Castissima in moribus eius tranquillitas ac suauitas elucebat, nullo fuce obscurata, nullâ commotiunculâ perturbatur.

Oratio.

*Humili-
tas.*

turbata . Hebrææ linguæ ,
Theologiæ , atque concio-
num habendarū peritiā cū
esset insignis , tamen in mis-
sione socius alterius erat
biēnio; ac omnes naui opti-
mique Coadiutoris partes
implebat ; patientiā nullis
aduersis domitā , & promptā
horarum omnium interual-
lis . In naui Gallicana rem-
animarum solerter agens,
obseruārat noctu , quōd ve-
nificus quispiam naui eadem
vehereur . Ergō ne pestis
illa rectæ fidei moribus , ac
saluti reliquorum officeret,
apud magistratum enixè id
egit, perfecitque , vt venefi-
cus pelleretur ; quippe è li-
bris, circulis, ac vsitatis artis
diabolicæ instrumentis de-
prehensus . At magus vin-
dictæ cupiditate furens, car-
men

Zelus

n
ir
u
c
A
n
o
u
b
t
n
p
f
p
f
E
I
t
f
o
8

men impium noxiumque *Mors per*
in aures Ioannis pronuncia- *aures.*
uit; & è naui excessit. Inde
concepto quod magus ei af-
flârat veneno Ioannes vel eo
nomine letus occubuit, quòd
ob exactam è triremibus in-
uisam Deo, noxiam anima-
bus illam pestem, in causa
tam bona occumberet. Ioan-
nis epistolâ affectæ corporis
parti admotâ se constanuis-
se sanctimonialis quædam,
per sanctè ac indubitanter te-
stata est.

P. Antonius Vasconcellus.

Novitius.

Illustri domo natus, & *Lusitanus*
Eboræ Sacræ Inquisitionis *Goa.*
Deputatus, vt vocant, in- *16. Aug.*
tegritate magni exempli fuit *1633.*
spectabilis. Inde voto se
obligavit fidei propagandæ,
&, si liceret, fusò etiam san-

L . . . gui-

*S. Xaue-
rius.*

guine confirmandæ. S. Fran-
cisco Xauerio velut proto-
typo utebatur, eiusque se-
ctari vestigia vndequaque
optabat, Societate quoque
flagranter petitâ, sed nec-
dum impetratâ; quòd & vir-
tute & authoritate suâ plus
posse in eo in quo erat ge-
neralis per Indiam Inquifi-
toris munere pro Ecclesia
crederetur. In India perac-
curatè Inquisitionis munus
cùm ageret, quidam ad il-
lud tribunal accersiti sunt,
qui à Iudice tam incorrupto
suis fortunis, existimationi,
adeòque capiti, metuebant.
Ergò cùm donis eum cor-
rumpi haud posse scirent,
porrecto veneno morbum il-
li mortemque in causa de-
fensæ fidei consciuère. Qua-
re, qui hastenus viua ima-

Fides.

go

go Xauerij totâ imitatione
esse contendit, optauit etiam
in eadem cum illo Societate
mori, in qua viuere, quan-
tumuis id flagranti, haëtenus
non dabatur. Tandem eum
id iterum atque iterum pe-
tentem Aluarus de Tauares
Goanus Prouincialis, admi-
sit: & ille, toxico glifcente
in viscera, religiosè decessit.
Quotidie conscientiam con-
fessione perpurgabat; diuino
sacrificio per tres horæ par-
tes operabatur; duas horas
orationi dabat; duobus de So-
cietate sacerdotibus ad arã
operatis ministrabat; diuinũ
officium, ac Deiparæ rosariũ
de genibus exquebatur; bis
quothebdomadis flagris, &
cilicio perpetuo corpus ma-
cerabat; liberalis in ærumno-
fos, sanos, & ægros.

Confess.

Oratio.

Mortif.

*P. Emmanuel Borges,
& socij duo Novitij.*

*Lusitanus.
Nangasachi.*

16. Aug.

1633.

etat. 53.

Soc. 33.

Fides.

In Iaponia Nangasachidum ab anno 1612. rē Christianam procuraret, posteaquam sæpè latuit, & eos à quibus ad mortem quærebatur barbaros euasit, post anni 1614. exilium redux, 13. Augusti depresso in foueam capite suspensus est; & hoc demum die gloriosum agonem confecit. Et cum illo etiam

Ignatius Xindo. Nouitius.

Iapon.

16. Aug.

Ariyensis ortu in Iaponia, Adriani gloriosi viri in fidei odium cæsi filius. &

Iosephus Reomuy. Nouitius.

Iapon.

16. Aug.

Fingensis. Hi duo è Seminarij disciplinâ socij Patribus, etiam in exilio, & reditione, adhæsere; Societa-

ta-

tatem demum amplexi, & breuè capti, eâdem cum P. Emmanuele Iaponicè fossæ ac suspendij morte affecti sunt.

P. Ioannes Bathæus.

In patria vnâ cum germano suo Sacerdote communem hæretici furoris torrentem sensit. Etenim hæretici vtrumque hunc esse Catholicum Sacerdotem certiores redditi, & quidem Ioannem etiam Iesuitam, magnâ exultatione prædam nobilem in forum abripuère, stipitibus alligauère, ac vtrumque plumbeis scloporum glandibus traiecère; Catholicis Sacerdotes suos in fidei hæreticis exosæ odium sic tractari gementibus.

P. Nunnus Riberius.

Diuino vocatu, & magno

L 3 Gon-

*Hibernus.
Pontane.
16. Aug.
1649.*

Fides.

*Lufitanus.
in Amboi-
no.
22. Aug.
1549.*

*Vocatio.**Fides.*

Gonsalvi Silueriꝯ pro ineunda Societate cum conlanguineis gloriosè certantis exemplo animum ad Societatem adiecit. Per iter in Amboinum sexcentos circiter, in Amboino verò plus quàm duo millia capitum Christo adiunxit; Saracenis odio eapropter in eum accensis adeò vt eam in qua habitabat domum igne circumdarent. At Nunnius illo defunctus periculo, mari postea ferè ad naufragium vsque iactatus est, cùm seminudus à fluctibus in scopulos ageretur, allidereturque capite atque corpore toto lacer. Ita reptabat per triduū, cùm se haud posset erigere totus attritus. Sæpè vt pauperes tegeret, vestes suas exuebat. Saraceni ei qui
Nun-

Nunnum trucidaret pro scel-
 leris pretio præmium præsti-
 tuere. In festo Assumptæ
 Dei Matris, cum in eiusdem
 æde sacra, quam ipse erexe-
 rat, diuinum sacrificium ce-
 lebraret, singulari exulta-
 tione redundans cecinit;
Gloria in excelsis Deo; ta-
 meti sacrum illud legeret,
 non cantaret. Et eodem
 die se se in eius venas la-
 tius fudit venenum, illi à
 fidei hostibus iam antea pro-
 pinatum, quo demum con-
 tabuit. Verum licet con-
 cursare, pro more, iam non
 posset viribus fractus, & mor-
 ti propè admotus, in lin-
 teo circumferebatur etiam
 extremo vitæ die concio-
 nabundus; ac singulis attem-
 peratè pia monita suggere-
 bat.

B.V.

Særum.

Zelus.

P. Petrus Michaël Brilmacher.

*German^o.
Mogūtia.
25 Aug.
1595.
ætat. 53.
Soc. 37.*

Fides.

Cū quā voce, quā libris typo editis hereticos ad silentium vsque compelleret, propinatum ei ab illis venenum est, quod nullis planè pharmacis domari ac vinci potuit. Vir fuit magni animi, linguarum peritus, felicis eloquentiæ in conuersione multorum; apprimè charus Principibus, & humanitate ac humilitate prorsus eximiâ.

P. Michaël Carnallius.

*Iustianus.
Omura.
25 Aug.
1624.
ætat. 47.
Soc. 27.*

Oratio.

Olim puer Isaacum egerat in theatro, vt suæ morti præluderet; ad quam per magna pericula virtutesque peruenit. Aliquando biremi fractâ, natatu euasit ad littus. Omnes quæ ad spiritum attinent functiones, Alexis

xis genibus obibat . Diuino
sacrificio celebrando se per *Sacruta.*
horam solidam præparabat,
& aliam horam integram
dabat reddendis gratijs .
Beatissimæ Dei Matri reli- *B.V.*
giosè addictus quotidie se *Mortif.*
cædebat, cilicio quâ è fetis
texto, quâ ferreo persæpè
accinctus. In Iaponia erumne
illi in delicijs, maximè cùm
per menses tredecim in car- *Fides.*
cere se videret; quo tempo-
re incredibili martyrij de-
siderio tenebatur, optabat-
que pro Christo particula-
tim incidi. Ibi quoque duos
excubitores ad Christum
conuertit. Ad mortem du-
ctus, crucem ipse portauit,
cum socijs psalmos canens .
Primus ipse palo alligatus,
& cum illo religiosi alij plu-
res; atque omnes dum arde-

IESVS rent *IESVM & MARIAM*
MARIA. pronunciauère, atque vixê-
 re.

P. Michaël de Vrrea.

Hispanus,
in Perua-
na.
apud
Ciuncas,
28. Aug.
1597.
ætat 42.
Pauper-
tas.

Mortif.

In Peruuium anno 1585. traiecit: duo gentis idioma-
 ta confestim perdidicit. Re-
 ctoris officium cum lachry-
 mis deprecatus, paupertatis
 impensè amans, angulum
 pro cubiculo habuit, quod
 illum vix caperet, atque in
 quo ob loci humilitatem
 erectus stare non posset. Re-
 liquarū virtutum diues cū
 esset, super alias ditior fuit
 seuerâ in se asperitate, ac hu-
 militate. Cibus illi herbæ, ac
 radices; lectus in sarmentis,
 quotidiana & cruenta flagel-
 latio, nulla humana solatia
 in ærumnis. Anno 1596. ad
 Ciuncas primus è Societate
 destinatus, quotidie se cruē-
 ta-

tabat, alijsque corpus mace-
 randi modis animū excole-
 bat, parabatque arduæ illi
 expeditioni. Ciuncarum fi-
 nes per asperrima montium,
 fluminum, silvarumque in-
 gressus, *Te Deum laudamus*:
 Deo dixit; ynicus in illa bar-
 barie; quæ tamen est vrba-
 ni vtrcumque genij, & capa-
 cis ac non inuiti ad meliora,
 sed æquo retinentioris vete-
 rum superstitionum, quas
 exuere rarum atque perdif-
 ficile est. Auis, idolum ver-
 ficoloribus pennis varium,
 illis erat in pretio atque cul-
 tu. Illud quia deiecit Mi-
 chaël, displicuit etiã illi Dy-
 nastæ à quo præcipuè ama-
 batur. Eam ob causam Ca-
 ciquij ligneis acinacibus il-
 lum, alter profundè in ca-
 pite, alter in facie, vulne-

*Auis ido-
lum.*

Fides.

rauit: vnde mors brevè con-
 fecuta; illo interea pro ijs
 orante à quibus fuerat sic
 concisus. Affirmauère indi-
 genæ, motam postea terram,
 fatifcentem in rimas, cuer-
 fis nonnullis prædijs; & vi-
 fa persæpè lumina, quæ no-
 cte intempestâ tumulto incu-
 babant, fuso plurimo cir-
 cumquaque splendore; atque
 nebulâ nonnunquam inde,
 surgente, ac se per eam re-
 gionem expandente. Eum,
 qui eius ossa exarare para-
 bat, nebula inde repentè pro-
 rumpens absteruit. Sicarij
 comessantes plerique à leo-
 nibus, atque tigridibus è la-
 cu erumpentibus discerpti:
 superstites alij, qui fugâ sibi
 consuluerant, odio ab alijs
 habiti, lapidibus appetiti,
 deinde in vico suo leprâ pe-
 sti-

Mors.

stimente absumpti sunt ; adeò
vt nemo iam eorum qui ne-
cis autores fuerant superes-
set. Corpus tandem hono-
rificè translatum est.

*P. Iacobus Antonius Gianno-
nius.*

Illibatæ virginitatis ad
mortem vsque fidelis custos
præclara illius documenta
præbuit contra eos à quibus
tētabatur. Literis è Iaponia
lectis mortis cruentæ pro
fide oppetendæ desiderio
accensus, vt eò eâ de causâ
proficisci posset, Societa-
tem petijt: atque illâ impe-
tratâ breuì Goam, & Macaũ,
denique in Iaponiam, appul-
sus est. Literæ illius plenæ
erant desiderio, vt in mille
frusta discerperetur. aiebat
autem ; se martyrium non
desiderio tantùm, sed spe
quo-

Italus.

*Xamaba-
ra.*

21. Aug.

1633.

ætat. 56.

Soc. 37.

Vocatio.

Fides.

quoque complecti. Ab apparitoribus, post felices istic ab anno 1609. labores, & cauernas clam habitatas, tētus, vincētus, circumductus, præcone præeunte, proborum plenus, at lætus 25. Augusti foueæ suspendio addictus, è pedibus pependit; vsq; dum 28. Aug. optato agone cursum consummauit.

Ioannes Guindora,
seu Kidera Coad.

Iapon.
Kamaba-
ra.
20. Aug.
1633.

Fides.

Cum P. Iacobo Antonio Giannonio longis carceris incommodis maceratus, ferro in manibus pedibusque onustus, præcone præeunte, asino insidere iussus, & circumuectus, post ludibria in foueam capite pronò suspensus, hodie demum legitime certandi ac viuendi finem fecit fortiter moriendo.

P. Brian-

P. Briantus Gansfeldus.

Odio sui, & contemptio-
ne, Catholicisque apud An-
glos laboribus fuit egre-
gius. Inter celebrandum
sacrum deprehensus, & ad
Iudicem in sacrificali veste,
inde ad carcerem, abreptus,
ibique pessimis modis habi-
tus, cum existimaretur Iudi-
cis uxorem ad fidem Catho-
licam conuertisse (quæ ta-
men non illius, verum alte-
rius de Societate Patris ope-
râ Orthodoxâ fidem agno-
uerat) errore postea detecto
dimissus ille quidem est, at
earum perpeffione ærumna-
rum valetudine adeò quas-
latâ, vt vno ferè post
mense diem extre-
mum finie-
rit.

Anglus..
Eboraci..
Augusto..
1643.
etat. 65..
Soc. 39o.

Fides..

SE-